

Dispvtationes Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Sect. 5. Soluuntur instantiæ eiusdem recentioris contra obiectum scientiæ
mediæ dirigentis concursum Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

produci immediate ab agente. Fundamen-
tum autem contrarium sentientium, per-
tum ex diversis modis quibus res eadem pro-
duci potest à diversis agentibus, refutabi-
tur in 3. part. disputando de modo uisionis
hypostaticæ.

*Tom. 4.
disp. 5. sect.*

His penitatis, concedo Maiores argu-
menti propositi: & nego minorem, qua par-
te nos attingit: id est, qua parte attingit, as-
sertores scientiarum mediae ponentes Dei con-
cursum immediatum non identificatum
eum actione creaturæ, sed realiter ab ea di-
stinctum, simultaneum tamē & concomitan-
tem. Et ad primam eius confirmationem Respondeo, obiectum illius scientiarum
mediae esse, quod voluntas creata, si ponatur
in talibus circumstantijs, & Deus non
velit deesse muneri causa prima, id est,
velit cooperari; operabitur, & ponet hunc
aut illum numero actum, si Deus conco-
mitanter ad hunc aut illum numero actum
direxit suum concursum. Quod obie-
ctum nullam inuoluit repugnantiam aut
contradiccionem. Ad secundam dico,
*Dei decre-
tum con-
currendi
cum causa
liberæ*
Quale sit
decre-
tum con-
currendi
cum causa
liberæ

Deus con-
currens cum
causa liberæ,
quia ip-
sa vult
operari,
& per me-
dium libri-
tatis.

Deus con-
currens cum
causa liberæ,
quia ip-
sa vult
operari,
et per me-
dium libri-
tatis.

voluntas operatur, quia vult; & habitus cum
illa concurrit, quia ipsa vult operari, ita
verè dici potest, Deus concurrit cum vo-
luntate, quia ipsa vult operari. Sicut
ramen, quando dicimus voluntatem opera-
ri, quia vult, particula, quia vult, non si-
gnificat volitionem præviā ipsius opera-
tioi: sed tantum significat viualem re-
flexionem actus in seipsum, & actum il-
lum procedere ex dominio voluntatis: ita
cum dicimus Deum concurrens, quia vo-
luntas vult: particula illa, quia voluntas
vult, non significat actum volutatis esse
præviū conditioni diuinum, sed tantum
significat esse penes voluntatem dominum
actus, & potestatem rendi concursu, ac
potentia diuina habitualiter sibi assisten-
te.

Itaque decretum diuinum applicans po-
tentiam concurrendi atibjro liberæ Crea-
to, in actu primo, non est absolutum Decretum
neque inseparabile ab operatione volunta-
tis creatæ, ita ut eo posito non possit non
operari: sed est catenus conditionatum,
quia dumtaxt est voluntas concurrendi si
voluntas creata volet operari, & quia volet
operari. Norandum tamen hanc condicio-
nem non esse purificandam antequam Deus
reip̄a concurreat, quasi prius sit voluntatem
operari, quā Deum concurrere: hoc enim
est impossibile. Sed est explicanda eodem
modo, quo ista: *Voluntas libera positis omni-
bus ad agendum prærequisitis operatur si vult;*
qua condicō non debet purificari prius
quam voluntas actu operetur: quasi prius
sit voluntatem velle, quam operari; &
volitio sit aliquid præviū ad operatio-
nem. Operatio enim est ipsam volitio,
& voluntas operatur formaliter, volen-
do. Sed sensus est, Voluntas est dominus
sui actus: & ideo si vult, operatur: quia
operari si vult, nihil est aliud quam ope-
rari ex pleno dominio in suam opera-
tionem. Denique sicut habitus aptus con-
currens cum voluntate, suspensus manet
& subiectus dominio voluntatis circa suam
operationem, neque aliter cum illa con-
currit quam quia ipsa ex pleno dominio
vult operari, ita ut dominium actus non
sit penes habitum, sed penes voluntatem:
si Dei potentia, vi sui decreti, si penes
manet quoad concursum, & accommo-
data naturali dominio liberæ voluntatis
creatae, circa suam operationem: neque
aliter cum illa concurrit, quam quia ipsa
vult liberæ operari, & ex pleno dominio
vti sua volendi facultate, & potentia Dei
parata ad concurrendum, alisque omni-
bus prærequisitis ad agendum: ita ut do-
minium actus sit penes voluntatem, non
autem penes Dei potentiam paratam ad
concurrendum, nec penes alia ad agen-
dum prærequisita, constituenta volunta-
tem in actu primo completo. Aduersus
utrumque responsum multa opponit Re-
centior ille, qua sequentibus sectionibus
examinanda sunt.

SECTIO V.

Sicutur instantie eiusdem Recentioris
contra obiectum scientie mediae dis-
cens concursum Dei.

Contra primam partem responsi à nobis
dati, de obiecto scientiarum conditionata
dirigentis concursum diuinum, opponit Quidam
Author ille parte 2. cap. 3. n. 1. Si proposicio
scientiarum conditionata, qua est obiectum illius scien-
tiae mediae, hunc sensum habeat, si Petrus in
tali rerum ordine constitutus & ego velim
Dei?

proxime & immediate concurrere cum illo ad actum amoris, ipse amabit: talis propositio est omnino necessaria: quia perinde est ac si quis diceret: Si Petrus in tali ordine constitutus, & ego velim concurrere cum illo concursu prædeterminante ad amandum, aut concurso identificato cum actu amoris, ipse amabit. Ad cuius propositionis cognitionem sufficit scientia simplicis intelligentiae, quam etiam quilibet Angelus aut homo potest cognoscere. Impossibile enim est ponit concursum immediatum Dei, sive prædeterminantem, sine non prædeterminantem, sed dumtaxat identificatum; quin eo ipso ponatur actio creaturae, qua ex concursu prædeterminante necessariò sequitur, aut cum qua concursus Dei est omnino identificatus.

Respondeo sensum illius propositionis huc esse: Si Petrus in tali rerum ordine constitutus, & ego sim paratus ad concendum proxime & immediate, prout ipse voluerit, elicit actum amoris. Quia propositio non est necessaria, neque ad illam sufficit scientia naturalis & necessaria simplicis intelligentiae: estque manifestum id non posse naturaliter cognosci certò & infallibiliter ab homine, vel ab Angelo. Est enim propositio de futuro contingenti ad utrumlibet & singulare, quod Petrus in tali rerum ordine constitutus, & habens paratum Dei concursum, ad operandum sive libet, si ipsa volitum, & libere operatus actum amoris Dei, quem potest non elicere positis & stantibus omnibus illis circumstantijs antecedentibus.

Sed instat num. 2. illam propositionem iuxta hunc sensum non posse esse obiectum ullius scientia diuinæ, quæ ad operandum dirigatur, si verum est ad quamlibet operationem creatæ voluntatis requiri concursum Dei identificatum & simultaneum. Ratio est, inquit, quia scientia diuina, quæ Deus dirigitur ad operandum, debet esse de obiecto vero, possibili, & infallibili. Atque falsum & impossibile est, quod Deus explorare, consulere, expectare possit creatam voluntatem, vt prævidens quid illa sit operatura sub quacunque conditione & occasione, antecedente concursum Dei, ex illa prævisione moueat ad decernendum determinandumque concursum suum: scilicet vt illum præbeat in hac potius, quam in illa specie: v. g. ad amorem potius, quam ad odium. Quid enim sententia adulatorum supponat creatam voluntatem esse omnino impotentem ad operandum absque concursu Dei identificato & simultaneo; sequitur eam prævideri non posse, vt aliquid facientem, per quod à Deo exigat hunc potius, quam illum concursum.

Respondeo primò, non requiri iuxta nos concursum Dei indistinctum ab actione creatæ voluntatis, sed dumtaxat concomitans & simultaneum. Secundò, licet, vt multi volunt, concursus Dei esset indistinctus ab actione voluntatis, hoc argumentum contra illos nihil præficeret. Quidquid enim sit de identitate vel distinctione concursus Dei, & actionis creaturae non volumus Deum explorare, neque consulere, neque expectare creatam voluntatem, vt prævidens quid illa sit operatura sub quacunque conditione & occasione antecedente concursum Dei, ex illa prævisione moueat ad decernendum absque determinandumque concursum suum, vt male. Authoriste imaginatur: Sed dicimus Deum nullo negotio, per infinitam perspicacitatem sua intelligentiae, præscire conditionem quid voluntas creatæ sit operatura sub quacunque conditione & occasione, concomitante suo concursu, si velit eum non negare. Et ex illa prævisione moueri sufficienter ad illum præstandum coinstanti, quo creatura, de facto posita in tali occasione, operari vult. Non prius decernendo absolute & determinando concurrere: sed conditionem tantum volendo concurrens, si voluntas creatæ voleat operari, & in ea specie actus, quæ voleat ipsa operari, modò Deus illi officium prima causa non deneget; & ad hunc numero actum in tali specie, in qua voleat operari. Dicto itaque, in nostra sententia non posse quidem prævideri à Deo creatam voluntatem ut aliquid facientem, aut facturam, sine Dei concursu, per quod à Deo exigat hunc potius, quam illum concursum: quod imiserit. Author iste necessarium esse putat; & nunquam bene probat. Sed post prævideri operaturam cum Dei concursu, si Deus vellet illum habere paratum ad actum, ad quem voleat liberè eo vi, & suam omnipotentiam habitualiter illi adiungere, vt eā vatur quando liberè volet, sicut habitibus vtimur quando volumus.

Vrgt. num. 3. quia licet, inquit, singulis Petrum in hac aut illa occasione constitutum, & hac aut illa cogitatione, & propositione obiecti instructum, & Deum statutum ad operandum, offerentesque illi multos concursus; quando tenemus Deus nullum in particulari determinauerit, non potest esse verum quod Petrus in eo statu constitutus sit amatus, aut odio habitus. Quia non potest esse in particulari amatus v. g. quin eo ipso iam sit habiturus concursum Dei particularem ad amandum. Sed nondum est verum quod ipse sit habiturus concursum ad amandum: quia, per te, Deus nondum statuit de illo particulari concursu, sed adhuc quasi suspensus manet, expectans exigentiam voluntatis creatæ. Ergo nullus particularis concursus pro illo statu intelligitur adhuc esse futurus: sed omnes intelliguntur ut possibles, adhuc tamen indeterminati, & indifferentes ad essendum, aut non essendum, prout creatæ voluntas elegerit habere illos aut non habere. Ergo vt Deus determinet & statuat hunc aut illum concursum exhibens, non potest dirigi per scientiam, quæ scrutetur & exploretur.

46. Repellitur secunda.

Respondeo primò, non requiri iuxta nos concursum Dei indistinctum ab actione creatæ voluntatis, sed dumtaxat concomitans & simultaneum. Secundò, licet, vt multi volunt, concursus Dei esset indistinctus ab actione voluntatis, hoc argumentum contra illos nihil præficeret. Quidquid enim sit de identitate vel distinctione concursus Dei, & actionis creaturae non volumus Deum explorare, neque consulere, neque expectare creatam voluntatem, vt prævidens quid illa sit operatura sub quacunque conditione & occasione antecedente concursum Dei, ex illa prævisione moueat ad decernendum absque determinandumque concursum suum, vt male. Authoriste imaginatur: Sed dicimus Deum nullo negotio, per infinitam perspicacitatem sua intelligentiae, præscire conditionem quid voluntas creatæ sit operatura sub quacunque conditione & occasione, concomitante suo concursu, si velit eum non negare. Et ex illa prævisione moueri sufficienter ad illum præstandum coinstanti, quo creatura, de facto posita in tali occasione, operari vult. Non prius decernendo absolute & determinando concurrere: sed conditionem tantum volendo concurrens, si voluntas creatæ voleat operari, & in ea specie actus, quæ voleat ipsa operari, modò Deus illi officium prima causa non deneget; & ad hunc numero actum in tali specie, in qua voleat operari. Dicto itaque, in nostra sententia non posse quidem prævideri à Deo creatam voluntatem ut aliquid facientem, aut facturam, sine Dei concursu, per quod à Deo exigat hunc potius, quam illum concursum: quod imiserit. Author iste necessarium esse putat; & nunquam bene probat. Sed post prævideri operaturam cum Dei concursu, si Deus vellet illum habere paratum ad actum, ad quem voleat liberè eo vi, & suam omnipotentiam habitualiter illi adiungere, vt eā vatur quando liberè volet, sicut habitibus vtimur quando volumus.

actum voluntas sit elicitor prius ratione, quam concursus Dei indistinctus ab illo actu intelligatur esse futurus. Quia objectum istius scientiae nondum est verum. Actus enim voluntatis nondum est elicitus, seu quod eodem recidit, nondum est futurus ab eo, donec concursus Dei ab actu indistinctus, sit etiam a Deo conferendus, seu quod idem est, futurus. At pro illo signo ratione nondum est futurus, seu determinatus ad futuritionem, sed solum postquam Deus decrevit illum fore: quia per huiusmodi decretum extraheatur a statu possibilis & indifferentie ad statum determinatum futuritionis & existentiae, in certa quadam differentia temporis accipienda. Deus autem, per te, non decernet ut concursus iste sit futurus, donec videat voluntatem creatam esse amaturam, v. g. At nunquam potest esse verum, quod creatura voluntas sit amata, quia in eo ipso verum sit concursus ab illo amore indistinctum esse futurum: quia idem est concursus ad actum amoris, & actum ipsum ait esse futurum. Ergo Deus non potest videre unum esse futurum, prius quam alium.

48. Respondeo Petrum constitutum in hac aucto illa occasione, & habentem potentiam Dei habitualiter sibi assistentem & paratam ad concurrendum, si amaturum conditionare, si Deus velit non negare illi concursum ad amorem. Et vi decreti conditionati, quo Deus statuit cooperari ad amandam si velit, fore ut, quando volet, Deus cum illo concurrat particulariter & determinato concursu ad amandum. Quare iam verum est, quod sit habiturus concursum Dei particularem ad amandum. Quia licet Deus non statuerit absolute de illi particulari concursu, sed expectet quid voluntas creatra sit facta: decrevit tamen conditionate concurrendum cum creatura concursu particulariter ad actum amoris, si velit, vel ad actum odij, vel ad alium quem praevidebat elicitorum: si Deus in concursum non deneget. Praevidetur autem elicitorum esse actum amoris, si Deus illi non desit, ut supponimus. Quare vi illius decreti intelligitur iam esse futurus ille particularis concursus, quando ponetur conditio, id est, quando creatura volet amare. Ac sicut actus ille creatura non est amplius possibilis dumtaxat, sed re ipsa futurus: ita concursus ille particularis non modis est possibilis, sed etiam futurus. Liceat autem actus creatra voluntatis non sit prius futurus absolute, quam sit futurus absolute Dei concursus: neque etiam prius conditionate sit futurus unus, quam aliis: terque tamen simul praescitur esse futurus conditionatus, ratione prius quam vterque aut ex quo praevidetur esse futurus absolute. Neque ut actus creatra voluntatis praesciatur esse futurus sub conditione, si Deus velit concurrendum, opus est Deum ratione prius decreuisse absolute concurre-

rere ad illum actum. Imo ne quidem opus est ratione prius decreuisse conditionate concurrendum, id est, creatura velit actum illum elicere: sed illa scientia est prior ratione subsistendi consequentia, atque independens ab usitate decreto. Postquamque Deo inservire ad prudenter formandum decretum conditionatum de concurrendo cum creatura particulariter ad actum amoris, si creatura volet illum operari, quemadmodum per scientiam illum medium prauidetur esse volitura & operatura, si Deus velit concurrendum.

Opponit praevara eodem cap. num. 6. non esse aliud, sed plane idem numero, decretum Dei concurrendi, quod prius in telligitur suspensum per conditionem, dum dicitur: si Petrus in tali occasione constitutus est, & ego haberem decretum concurrendi cum illo; Et illud quod postea format Deus absolutem, & absque illa conditione, eam tam posita & purificata, id est, facto decreto constituendi Petrum, ait permittendi ut constitutur in illa eadem occasione, dum dicit, Decerno me concursum. Sicut enim idem numero Petrus, eadem ancilla, eadem interrogatio unius, & negatio alterius, exprimuntur in propositione conditionali, & in absoluta, quarum illa conditionaliter sic exprimitur: Si Petrus interrogetur ab ancilla, negabit: haec verum absoluere, & Petrus ab ancilla interrogabitur; & negabit; vel, interrogatus negat; vel, interrogatus negabit. Ita idem omnino decretum Dei concurrendi exprimitur primum in propositione conditionali, dum dicitur; si habuerit decretum concurrendi cum Petro: & postea absoluatur ab omni conditione, & ponitur in ordine absoluto, in hunc modum: Decerno me concursum cum Petro in tali occasione constituto. Sed impossibile est Deum formare decretum illud absolutum sicut libertate Petri: ergo propositione illa conditionalis, quam volunt aduersarij esse obiectum scientie media dirigentis concursum, si Petrus in tali occasione constitueretur, & ego haberem decretum concurrendi cum illo, negaret, est de obiecto impossibili. Ergo secundum illam non potest Deus formare decretum conditionatum, pendens a conditione impossibili, & inutile ad dirigendam prouidemtiam dicnam.

Respondeo male supponi ab aduersario Deum formare duplex decretum: unum conditionatum, & alterum absolutum: Deus non format decretum conditionatum, concurrendi scilicet si Petrus voluerit, & prout voluerit. Quod decretum sufficit, ut quando vult Petrus, Deus cum illo concurrat, quia ipse vult: non aliter tunc decernendo, quam antea: sed tantum exequendo. Cum purificatur conditio, id quod per decretum conditionatum statuerat. Cognitio autem, quam Deus habuit ab aeterno circa obiectum de quo loquimur, sive huiusmodi: Si Petrus ponatur in talibus

circumstantijs, volet negare Christum, si per me acriter, id est, dummodo velim cum ipso concurrens extra officium causæ primæ. Sed Petrus ponet re ipsa in talibus circumstantijs, & ego decerno concurrens cum illo ad negandum si ipse velit, id est, volo ipsi adiungere habitualiter potentiam concurrendi ut ea vitatur prout voluerit, illamque habitualiter quodammodo ei subordinare ergo negabit. In quo obiecto nihil est impossibile: nihil præjudicans & officians libertati creatæ voluntatis. Dico igitur, quando purificatur conditio re ipsa, vel cognoscitur à Deo certissime & infallibiliter esse purificanda, non propterea formari à Deo aliud decretum concurrendi, absolutum & efficax: sed tantum decretum conditionatum sortiri tunc suum effectum, quando, re ipsa ponitur conditio: vel cognosci esse sortitum, quando conditio prævidetur esse purificanda. Et semper idem decretum conditionatum significari, quocunq[ue] modo enunciatur eius obitum, sive per propositionem de futuro, sive de presenti, sive de praeterito: Deus concurrens cum Petro in his circumstantijs constituto ad negandum si voluit: Deus concurrens nunc cum Petro in his circumstantijs constituto, ad negandum si voluit, seu quia voluit: id est, concursu subordinato ipsius voluntati pet decretum conditionatum: Vel Deus olim concurrens cum Petro in his circumstantijs constituto, ad negandum si voluit, seu quia voluit: id est, quia Petrus est ypsus Dei potentia sibi adiuncta habitualiter per decretum conditionatum, ut ea vteretur si vellet, & prout veller.

51. Concensus
Deinou
identifica-
tivæ actioni
creature.

D. Thom.

Solvuntur
instantiæ
congratæ.

Catera qua habet eodem capite sunt repetitiones superiorum, quibus Author iste abundat. Quæ autem opponit cap. 11. eiusdem secundæ partis contra eos qui dicunt, concursum Dei simultaneum non esse identificatum cum influxu creature, sed distinctum ab eo realiter, leviora sunt. At primum illos desiderat sententiam, quam vsque ad hæc tempora omnes assertores scientia media securi sunt. Sed perspicue fallitur. Nam iam pridem multi ex scientiæ mediæ assertoribus docuerunt cum D. Thom. 1. p. q. 25. art. 1. ad 2. actionem Dei non esse aliud ab eius potentia. Et pariter in creaturis actionem non distinguunt ab agente. Adeoque actiones Dei & creature cooperantis esse realiter distinctas, ut docetidem S. Doctor q. 3. de potentia art. 7. in 3. & 4. argumento, & eorum solutione: quæ opino in Aquitanianostri, à longo tempore commissima est inter nos Philosphia & Theologia Professores, qui tamen omnes sunt assertores scientia mediæ.

Ait secundò, hunc dicendi modum non cuitare argumenta à se facta contra concursum identificatum. Quia nimis cooperatio per concursum simultaneum, quamvis distinctum realiter, non minus repugnat fandit, diuinæ, & creatæ libertati. Verum illa argumenta nullam vim habent contra concursum simultaneum, sive distinctum,

sive identificatum, ut cœpiimus ostendere, & magis ostendemus sectionibus sequentibus.

Ait tertio, non posse ostendi ex quo capite necessaria sit ista concomitans operatio diuina, si non sit necessaria cooperatio identificata & indistincta. Respondeo satis hisse. Num auctoritatibus, & rationibus, sententia secunda adductis & expensis, nihil fieri posse nisi Deo concurrente immediate. Qui concursus non potest esse identificatus & indistinctus ab actione causæ secundæ, supposita vera sententia; quod actio non distinguatur ab agente, sed sit ipsa vis agendi prout se ipsa ponit effectum, & se circa illum impedit & exercet.

Ait quartò, hanc sententiam admittere Deum non aliter quam mediatae produceret eam ipsam actionem, qua à creatura elicatur: atque ita non valuerat quod Deus debeat immediate producere id omni, quod à creatura producitur. Respondeo in nostra & vera sententia actionem non produci, neque elici ab agente: sed esse ipsammet virtutem agentis, producentem, eliciens, aut alio modo se exercentem circa effectum, aut terminum actionis.

Ait quintò, effectus verè producitur à creature per unam actionem, frustra adjicitur alia actio à solo Deo profecta: quandoquidem sufficienter satisficit indigentia effectus seu termini, per unam actionem. Nam

scit effectui suffici una existentia: ita sufficere debet una illius receptione & produc-

to. Respondeo hoc argumentum elucina-

& æquè pugnare contra quascunque cau-

cas partialis in eodem genere. In gratiam

tamen Authoris, distinguo, antecedens: Si

producitur per unam actionem totaliter,

frustra additur alia, concedo. Si partialiter

cantum: ego. Influxus enim partialis tan-

tum, non sufficit solus, ut vi illius ponatur & existat effectus. Eodem virtuo laborat quod

addit: Vel actio creature a singit totum effec-

tum secundum omnem illius gradum genericum:

specificum & numerum: vel non. Si primum:

ergo illi gradus distinguuntur in re. Si secundum:

ergo superflua est altera Dei actio. Notum enim

est, & tritum apud Phylosophos, causas par-

alter concorrentes attingere totum effectum

indivisiabiliter, ita ut non, a secundum se

totum pendeat à qualibet, quamvis nulla

influxat influxu totali, id est, se solo sufficien-

te adponendum effectum: Sine quando ceterum homines trahunt nauim sibi singularem

vnuus nec trahit unam partem centrum am-

nauis, alias aliam: sed omnes & singuli for-

mat trahunt: quamvis actio singulorum non

est totalis, & ad aquata indigentia effectus

sufficiensque sola ad nauim trahendam.

Ait denique vel Deum consulta voluntate

creata decernere concursum illum distin-

ctum: vel ea non consulta. Secundum destruit

libertatem creature. Primum autem est impos-

sibile: quia non potest explicari, quid

Deus videat in voluntate creata, quo excita-

tus suum concursum simultaneum decreverit.

exhibere. Sed hoc argumentum sapientius reperitum contra concursum identificatum, super solutum est num. 42.

SECTIO VI.

Refutantur alia instantia eiusdem Authoris contra decretum concurrendi.

34. Contra alteram partem responsi a nobis Decretum concurrendi non est ab solutum. id est, contra id quod diximus, decretum Dei de concurrendo non esse absolutum, opponit Author ille parte 2. cap. 12. num. 2. aliquos ex assertoribus scientie media docere oppositionem: etiamque Theophilum Raynaudum, Didacum Ruis, Suarez, & Lessium. Sed duos postremus non fideliter citat: quippe qui disertè contrarium docent: Suarez quidem in Opuscul. lib. I. de absoluta scientia futurorum contingentium cap. 6. & prolegom. 2. de grat. cap. 89 num. 15. Lessius vero, in Opusculo de grat. cap. 4. Neque hoc contradicit Suarez (vt male Author illi sibi imaginatur) cum faciat necessarium esse, quod Deus vel in particulari concurset hic & tunc, ad hunc aut illum actum, & non tantum ad actus voluntatis confusus & indifferentes. Hoc enim intelligit de voluntate non omnino absolta, sed aliquo modo conditionata, & subiecta, seu potius accommodante potentiam concurrendi naturali dominio voluntatis circa suam operationem, vt paulo ante exposuimus n. 42.

Nola etiam sibi contradicat Lessius cum ait Deum certissime praescire ad quam actionem voluntas sit de determinatura, si concursum suum in eius potestate posuerit: et quod talis praescientia est necessaria ad rationem perfecte prouidentiae, quod postulat ut Deus, quavis hypothesi facta, praesciat quid sit eventuum. Neque enim propter ea necessaria est illa praescientia ut Deus prudenter decernat absoluto decreto concurrendo aut non concurrendo, quemadmodum ille Recensio opinatur: sed est Deo necessaria ad decretum illud, quod supra diximus, alio modo conditionatum: id est, ad prudenter subiectandam, sive potius applicandam habentem potentiam concurrendi voluntati creatae, ad operationes quas praeditur. Se elicitura, si Deus velit cooperari. Itaque haec prima obiectio peccati in duobus. Primo, in eo quod quibusdam assertoribus scientie media imponit. Secundo, quia tanquam ei communum nobis opponit, quod aliqui ex illis aliis senserint. Quid enim nobis id obesse potest, dummodo melius sentientes sequamur? Addo licet aliqui eorum decretum absolutum concurrendi admittentes (de Ruis & Raynaudo non diffitemur) sed non nisi fundatur in via scientie media, non inde sequeretur quod intendit Adversarius, cuicunque scilicet

liberum arbitrium creatarum voluntatis, per antecedentem necessitatem operandi illi impositam independenter ab eius conuenientia & operatione, vt ostendemus alii disputando de prædefinitionibus actuum liberorum, tom. 2. disp. 8. sect. 7. Nos vero sicut prædefinitiones illas rejicimus, ita decretum ab solutum concurrendi non admittimus, contendimusque sufficere conditionatum.

35. At, inquit, licet Authores, quibuscum nos, cautijs sibi locuti videantur, ne gaudijs huiusmodi decretem ab solutum: facili tamen contradictionis & inconstitutio arguuntur. Nam plerique eorum, dum nihil sibi ab isto decreto absoluimus Dei meum, neque ullam inde consequentiam sibi contrariam ab aduersariis esse trahendam cogitant, passim illud admirantur, vt auctores paulo ante nominati. Alij vero qui illud negant, parum coherenter, suis principijs philosophantur. Nam quomodo scientia conditionata possit esse utilis ad prouidentiam diuinam nobiscum operatur, effectuonem, si non est utilis ad dirigendum diuinam voluntatem, in formando absoluto decreto concurrendi ac non concurrendi? Quorum hactenus assertores scientie media tam anxie, tamque animi contentione ac diligencia scrutati sunt, quidnam illud est possit, ad quod Deus attendens cognoscat & discernat exhibendum sibi nunc esse concursum, & in certa specie & individuo concursum seu actionis, potius quam ante vel post, & potius quam in villa aliqua specie vel in unius duo? Quorum alij ad ipsam determinationem creatarum voluntatis, & alij ad alia recesserunt, nisi vt voluntas diuina per scientiam illam directa, & iam ad unum determinata, non in inceptum ac temere concursum suum iaculetur: sed potius in scopus infallibili certitudine præsumit certe & certi de creto collimet. Hæc ille.

Quo meo iudicio leuissima sunt ad contradictionem & inconstitutam tam doctis viris, deque Theologia tam bene meritis impingendam tantum confidetiam. Nam vt Theophilum & Didacum Ruis contradictionis & inconstitutio argueret, illiusque inconscientia, quam illis & plerisque alijs scientie media assertoribus tribuit: debet ostendere ipsos alio loco negasse decretum illud, quod loci ab eo citatis admittunt. At hoc neque conatur facere, neque potest. Ut item eadem via iuste tribueret Suarez, & Lessio, debet ostendere eos alicubi admisisti, virtualiter saltem & implicite, decretum illud ab solutum, quod alii diserte negant locis ab eodem Authori & a nobis paulo ante citatis. At hoc dum facere conatur, non asequitur intentum, vt ante ostendimus. Neque sunt meliora qua nunc addit, vt probet eos parum coherenter philosophari negando decretum absolutum. Facile enim respondet ad primum, Scientiam conditionatam esse utilem ad prouidentiam diuina nobiscum operatur perfectionem: